Jacobus <de Voragine>: [Legenda aurea ] Legenda sanctorum seu Historia longobardica
[Köln: Ludwig von Renchen], [ca. 1486] Seite 118



vniri ⁊ reuelata facie gloriam domini spe
culari. Capilloꝝ detruncatio fit. vt ex hoc
detur intelligi. ꝙ clerici oēs cogitationes
superfluas a mente sua debēt abscindere. et
ad verbum dei semper auditū paratū ⁊ expe
ditum hr̄e. ⁊ ōnia tpalia preterq̄ ad neces
sitatem a se penitus remouere. Fit autē co
rona circularis figure multiplici rōne Pri
mo qm̄ hec figura nō habet principiū nec fi
nem ꝑ quod dat intelligi ꝙ clerici sunt mi
nistri dei qui deus nec habet principiū nec
finem. Secundo qm̄ hec figura nullum ha
bet angulum. ⁊ significat ꝙ clerici non de
bēt habere sordes in vita. quoniā vbi angu
lus ibi sunt sordes vt dicit Bern̄ Et debēt
hr̄e veritatem in doctrina qm̄ veritas angu
los nō amat sicut dicit Jheronimꝰ. Tercō
quoniā hec figura est ōniū figuraꝝ pulcer
rima. Unde in hac deus celestes creaturas
fecit. Per qđ significatur ꝙ clerici debent
habere pulchritudinem interius in mente.
⁊ exterius in cōuersatione. Quarto quoni
am hec figura est oīum figuraꝝ simplicis
sima. Nulla eñ figura alia vt dicit Augus.
ex vna sed duabus consistit. sola circularis
figura ē que vna tantū linea claudit. ꝑ qđ
significat ꝙ clerici debēt habere simplicita
tem columbinā. iuxta illud Et simplices si
cut columbe.

De sancta Regina virgine

Sub olibrio pas
sa ē sancta virgo Regina. Clemē
tis cuiusdā gentilis vnica filia. Que cum
esset annoꝝ. xv. audiens sanctorum certa
mina. totā spem habebat in domino. Trāsi
ens autem Olibrius de Massilia in Alse
siam ciuitatē sedens in curriculo suo vidēs
eā speciosam nimis: iussit eā cōprehēdi ꝯcu
piscentia eius illectus At illa orōne pmissa
cōspectui eius pn̄tata circa genꝰ ⁊ nomē ac
professionē interrogata: Dixit se esse inge
nuam nomīe reginā sancte trinitatis cultri
cem. Cui preses dixit Ergo obtines nomē
galilei illius vel nazarei. Regina dixit. Eti
am obtineo si digna sum vt innotescat dn̄s
meus Jhesus super me ⁊ obūbret ⁊ ꝓtegat
me velut suam ancillā. Tunc iussit impius
prefectus custodiri eā vsq̄ dum veniret ad
ciuitatem. Et p̄cepit eā duci in carcerem.
dum vsq̄ immolaret vt sic publice audire
tam Ingressus igitur ciuitatem Alsesiam
dijs suis immolauit ⁊ sedēs publice ꝓ tri
bunali adduci eā iussit Uidensq̄ pulchri
tudinem eius dissolutus est spiritus eiꝰ su
per eā vehementer. ⁊ dixit. Cognosce vos
o iuuencula. q2 misereor pulchritudini ⁊ te
neritudini tue. ⁊ multas pecunias habebis
a me ⁊ bn̄ erit tibi pre cūctis puellis. Alio
quin plagas ⁊ penas pessimas sustinebis ⁊
corpus tuū teneꝝ gladij ⁊ ignes fortiores ꝯ
sument. Que cum interrita cōstanter in cō
fessione xp̄i ꝑmaneret iussit eā expoliari. et
in eculeum assumi subtilibꝫ virgisq̄ cedi.
Ac illa in eculeum extensa: in celum suspici
ens dicebat. In te dn̄e speraui nō ꝯfundar
in eternū Cūq̄ cederetur mēbra eiꝰ tenera
gracilesq̄ carnes incidebāt ⁊ sanguis mul
tus decurrebat: ita vt astātes flerēt amaris
sime sup eā. ⁊ dicebat ei quidā O q̄ deco
ram ꝑdis ꝓpter incredulitatem. Consenti
⁊ sacrifica vt possis euadere tormēta. Regi
na dixit O mali ꝯsiliarij: o ꝯsilia malaꝝ co
gitationū. nō ꝯsentio nō sacrifico. xp̄m qui
me ꝯfortat hēo Iratꝰ p̄fectus iussit eā exū
gulari ⁊ a carnificibꝫ lacerari Qui ita lata e
ius exūgulabāt vt etiā impiꝰ p̄fectus ⁊ cru
delis de clamide sibi faciē coopiret ⁊ auer
terē se Silr̄ ⁊ astātes lacrimabant vidētes
carnes extmiatas Dixit āt p̄fectus. Quid
est regina neq̄ tu tibi potes misereri ⁊ mem
bra tua inutilia fcā sunt. Cōsenti mihi sacri
fica Impossibile eñ ē te sine tormētis mūsi
te si mihi nō obedieris. Que cum eius ver
ba despiceret eūq̄ insipientē ⁊ infelicē vo
caret iussit eā deponi ⁊ in carcere duci. Ubi
cum ipsa oraret subito columba apparuit
et crux in celum erecta est ad locum vbi pu
ella stabat. ⁊ columba stans super crucem
dicebat. Aue Regina vngentum sueui

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-146/0117
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG